

item pistorienses honorem velle
reddere Florentinis si per ignoran-
tiam vel scienter aliquo tempore
peccaverunt. Super quibus et alijs
que obicerentur viros probos et
discretos constituit petebant de
concordia tractaturos. Factum
est autem cum super predictis
fuisent positi sapientes et in
eodem exercitu inter utramque
civitatem statuta concordia im-
petrum dante domino duratura.
Qua destructum est castrum
Carmignanum dictum ex pacto illo
tempore relevandum et talia sunt
pacta iurata et iurata ut instrumen-
ta publica manifeste declarant.
Duravit enim pax cum fuisset bo-
ne voluntatis non lesa per aliquem
et concordia multiplicans crevit
per bona opera roborata. Deus enim
inter ambos mediator existens in
unum coniunxit utraque et facte
sunt quasi una caro et invicem